

1651. 20
DISSERTATIONES PUBLICAS

IN

ILLVSTRIS

DN. JOANNIS HENRICI
NOBILIS DOMINI DE BERGER
POSITIONES
I V R I S

1724-17

e Lauterbachii Compendio

seleetas

Et in XX Exercitationes redactas

intimat

AT QVE

HAC OCCASIONE

EXCEPTIONEM NON NUMERATAE
PECVNIAE ONVS PROBANDI IN IPSVM
CREDITOREM DEVOLVERE NEC NON IN
PROCESSV EXECUTIVO ADHVC HODIE
IVRE OBTINERE

DEFENDIT

GODOFREDVS REINOLDVS
KOESELISISVS

PHIL. ET IVR. VTR. D

VITEMBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE



DISSERTATIONIS LAVRIGAS
IN
LIBRARIA
AC. IOANNIS HENRICI
MARIPODUM DE BERGAR
POSITIONES
LAURIS
CUNIUS COMEDIO
HIC
CHRISTIANAE NUMERATÆ
CONTRA DIGNITATIS
PROCESSA EX ALIO AFRIC HOMIN
LAUREO DILECTORE
GO DOBRADÆ RIBONIAS
KOHRSPIELIA
PRAE ET LAURATR
MATERIA LIBRARIA VIDARAE ERNESTIAN





uae facti sunt, omnia probanda
esse, nemo inficias ibit. Proba-
tionem autem agentibus atque
affirmantibus incumbere, regula-
riter uerum est. Et hinc non
tantum actor fundamentum suae
actionis, sed etiam reus allegatas

pro se exceptions probare tenetur. Sed enim uero
exceptio non numeratae pecuniae illud peculiare ha-
bet, quod onus probandi in actorem transferat, et in-
super tanquam praejudicialis, et litem suspendens, in
omni processus genere, et sic etiam in Executu, admit-
tatur. Atque haec sententia, uti communis est, ita
quoque optime fundata reperitur in *l. 3. de non num-
pec.* expresse sic disponente: *Si ex cautione tua, licet
hypotheca data, conueniri cooperis: exceptione op-
posita, seu doli, seu non numeratae pecuniae, compel-
litur peritor probare pecuniam tibi esse numeratam:
quo non impleto, absolvio sequitur.* Quae dispositio
quamuis sole meridiano clarior sit, atque a communi
Dd. schola approbetur, nec non in praxi quotidie ita
seruetur, tamen nonnullos contrarium asserere conari,

profecto mirandum est. Memini enim, paucis ab hinc
septimanis, Dissertationem, sub praesidio Viri Consul-
tissimi, CAROLI FRIDERICI MICHAELIS, J. V.
Doctoris, et Consist. Ecclesias. Vitemb. Aduocati
Ordinarii, a fratre ipsius, non minus eruditio ac
elegante JOANNE CHRISTIANO, habitam fuisse,
qua utrumque praedictae exceptioni nostrae denega-
tum fuit, eaque tanquam illiquida in reconuentione
reiecta est. Rationum, quae Dominos Disputantes,
a communi et ubique recepta sententia abduxere, pri-
ma haec est, quod regulariter exceptiones probandae sint
ab allegante, maxime in processu executivo: secundo loco
mouit eos, quod leges 1. 2. 13. C. de non num. pec. l. i. C. de
Condit. ob turp. causam. l. 25. pr. et §. ult. n. de Prob. et Prae-
sumt. Nou. 136. c. 6. stare suae quemque confessioni eidemque
acquiescere, expresse uelint, nisi per apertissima rerum ar-
gumenta, scriptis inserta, contrarium probari possit,
reliqua, quae ex allegatis legibus passim adduxere, ut ta-
ceam: tertia causa est, quod olim ex conjectura DN.
LVDEWIGII in diff. de Nexus scripturae et subscriptionis
2. §. 4. exceptione non numeratae pecuniae ad solos
argentarios, qui saepe sibi ipsis debitores scripsisse, uel ab
his chirographa, spe facta numeranda pecuniae, emen-
dicasse dicuntur, pertinuerit, quibus apud nos cessanti-
bus, ipsam quoque legis dispositionem cessare oportere,
concludunt. Ex quibus rationibus confici putant, com-
munem sententiam multis, iisdemque non contemnen-
dis dubiis, ut ipsorum ipsissimis uerbis utar, et nihil de
iis metum faciam, iniolutam atque implicitam esse,
ideoque dictam exceptionem, propterea, quod altioris
indaginis sit, tanto magis in executivo processu exulare
oportere. Verum enim uero, licet acriter satis pro sua
sen-

2

sententia obtinenda Dni Disputantes et scriperint, et
maximo cum feroce publice altercauerint, communi
tamen Doctorum scholae uictas manus dare debere, ex
sequentibus apparebit. Rationes enim & leges, quibus
suam sententiam stabilitam reddere contendunt, aut pa-
rum, aut nihil plane in recessu habent, multo minus uero
ipsis patrocinantur. Primam quod attinet rationem,
neminem quidem fore credo, qui, ut supra jam moni-
tum est, negaturus sit, regulariter exceptions ab alle-
gante probandas esse, quomodo uero id ad *exceptio-*
nem non numeratae pecuniae, salvo iure, extendi et ap-
plicari possit, non uideo, propterea, quod per ipsam
all. *legis 3.* dispositionem onus probandi in actorem et
creditorem translatum sit, et hinc in presenti adsit
exceptio ab illa regula, eaque per illam quidem con-
firmetur, nullo uero modo confundatur, multo mi-
nus tollatur, quod dum Dni Disputantes fecere, aper-
tum exinde est, ipsos contra communissima iuris prin-
cipia peccasse, tantum abest, ut dispositioni illi legali
eos derogasse, ut potius contra ipsam grauter impegiisse
dicamus. Et uereor sane, ne, dum principiis recte ra-
tionis communem sententiam minus conformem, sed
potius e diametro aduersam, et Quiritum iuri non satis
conuenientem esse, asserrere audeant, ipsos contra sanam
rationem & iura apertissima agere, eo ipso appareat.
Quemadmodum enim haec omnia friuola atque nulli-
us plane momenti sunt, quae passim de communis
sententiae iniquitate proferunt, atque ficta illa æquitas,
qua suam sententiam superstructam esse, sibi perflusum
habent, plane cerebrina est, ita eam ex textibus legum
1. 2. 13. C. de non num. pec. uix, et ne uix quidem, pro-

bare possunt, cum isti omnes impertinentes plane sint,
et ne quidem rationem dubitandi contra communem
sententiam foueant, tantum abest, ut disputantibus pa-
trocinetur, ut potius eorum opinionem penitus de-
struant atque radicitus euellant. Namque all. 4. i. nihil
continet, quam casum, quo chirographo quis confes-
sus est, seu g. centum mutuo accepisse, spe futurae nu-
merationis, deditque pignus, simulque mouet quae-
stio, quaenam hoc in casu competit actio, si re uera
numeratio facta non est? Et inquit Imperator, *pignore da-*
to, (non dominio) probato, (nam illo probato, statim
dominium ex parte debitoris, et possessio ex parte rei, ap-
pareat, teste Brunnem. in Comment. ad Cod. Justin. ad banc legem
n. 1.) in rem debtor experiri, i. e. rei uindicatione pignus a
creditore repetere, aut, si saltem bona sua obligauerit,
creditori agenti actione hypothecaria, exceptionem non nu-
meratae pecuniae opponere potest, quia intentio dati pignoris,
nec numeratae pecuniae, non aliter tenebit, quam si de fide
debiti consenserit, i. e. debitum uerum adsit, et numera-
tio realiter facta reperiatur. Idem quoque sibi uult lex
2. utpote quae nihil ultra, quam debitor accepit, re-
*stituere eum iubet. Sicuti enim, qui fatetur, se accep-
isse, habet exceptionem, si nihil accepit, ita, si par-
tem tantum accepit, non tenetur, nisi de acceptis, quia*
hic obligatio ex sola reali numeratione pecuniae oritur,
per l. 9. C. de non num. pecun. et debitor non aliter te-
netur, quam si de fide debiti perfecte constet, l. 1. eod.
Neque id euincit lex 13. C. de non num. pec. quod sibi Dni
Disputantes ex ea promiserunt. Licet enim generaliter
in ista sancitum sit, quod quilibet scribens confessioni suaे
flare eidemque acquiescere debeat, hoc tamen, excepto
mutuo et dote, de reliquis contractibus tantummodo
acci-



accipendum est, si quis u. g. quid 1.) cauerit, i. e. se
debere professus sit: 2.) ex iusta causa debiti præceden-
te eam specialiter edixerit, tunc illa confessio statim
est efficax. Ratio: *nimirum indignum est, quod*
sua quisque uoce protestatus est, id in eundem casum
infirmare, testimonioque proprio ressere uelle. uid.
Brunnem. *Comment. in Cod. Iust. add. l. n. 1.* Ceteras leges, ut
1. C. de Condict. ob turp. cauf. et l. 25. pr. et §. ult. ff. de Pro-
bat. et Praefunt. cum ejusdem cum dicta lege 13. contenti
et sensus istae sint, ut silentio praeteream, præfertim
cum Dominis Disputantibus nihil pro obtainenda, quam
souent, sententia prosint, communi uero Dd. scholæ
nullatenus nocere queant. Cum itaque ex adductis
legibus nihil amplius euincatur, quam quemlibet suae
confessioni stare oportere, contra ea lex 1. et 2. C. de n.
n. p. expresse interdicat soluere id, quod quis non ac-
cepit, profecto non video, quomodo quis exinde sta-
tuere, atque inferre poscit, quod in causa mutui, cau-
tioni, spe futuræ numerationis, quae tamen secuta
non est, datae, exceptionem non numeratae pecuniae
opponere, ejusque probationem a creditore exigere,
(quod tamen per l. 3. C. h. t. clarissimis uerbis debitori per-
missum, huic vero expresse injunctum est) prohibetur,
multo minus ex eo euincitur, quod exceptio non nu-
meratae pecuniae cautionum vim tollat atque euertat.
Et quamuis Dominis Disputantibus ambabus largiamur
manibus, fidem datum seruandam, et cautionibus da-
tis a debitoribus satisfaciendum esse, hoc tamen ita
semper accipendum, ne alter exinde contra l. 206. ff.
de R. I. fiat locupletior, alter nero damnum ex hoc
principio capiat: id quod tamen necessario fieret, si
hoc soluere quis cogeretur, quod spe futuræ numera-
tionis



tionis, in angustiis constitutus, se quidem accepisse confessus in cautione est, re uera autem nunquam accepit. Ne itaque afflictis ulteriore afflictionem, contra ipsum ius naturae, addamus, atque iniqui in eos existamus, profecto abhorrendum a Dominorum Disputantium sententia est, eaque, quoniam audis hominibus, quibus aurum, et foenus, non pietas, nec miseria proximi cordi est, suam auaritiam exercendi, atque in angustiis constitutos defraudandi occasionem suppeditat, omnino reiicienda funditusque euellenda est, absit, ut eam iuri naturali atque aequitati conformem dicamus, ut potius iniquissimam esse palam profiteamur. Atque his itaque praefructis, firma omnino manet communis Dd. sententia, qua asseritur, non tantum *exceptionem non numeratae pecuniae* cautioni, propter mutuum, spe futurae numerationis datae, opponi posse, sed eam ita quoque priuilegiatam esse, ut onus probandi in creditorem, licet cautionem debitoris in manibus habeat, et regulariter is probare debeat, contra quem praesumtio est, transferat atque reiiciat. Neque contra hanc sententiam aliquid praestat Dominorum Disputantium resolutio *legis 3. et 10. C. de n. n. p.* quas tanquam sibi obstantes in sua dissertatione adduxerunt. Ea enim, quam ex *l. 25. §. 4. ff. de Probat. et Praesumt. et l. 5. 10.* nec non *Nouv. 136. c. 6.* afferunt, distinctio iam supra ipsis concessa est, cum dictae leges, licet generaliter loquuntur, non tamen ad *mutuum et dotem* extendi possint, propterea, quod *lex 3.* saepissime allegata indistincte in *mutuo* dictam *exceptionem* admittat, atque creditori absolute onus probandi, numerationem factam esse, iniungat, conf. *§. un. Inst. de Liter. Obligat.* ita, ut, probatione non impleta, debitorem statim absolutum uelit. Multo minus ex *l. 10. eod.* et dicta *Nouell.*

136. c. 6.

136. c. 6. obiecta antinomia metuenda est, cum antea
all. lex 3. de *mutuo et dote*, l. 10. uero et d. *Nouella de*
reliquis contractibus accipiendae sint, ut sic pro diuer-
sitate obiecti, de quibus dictae leges disponunt, diuer-
sa saltem dispositio occurrat, quod omnino sine ulla
antinomia fieri potest, atque saepissime quoque in iure
nostro contingit, et profecto illi, qui aliter sentiunt,
et communem sententiam non admittunt, ipsis, inter
legem 3. et reliquas, antinomiam concedere, necesse ha-
bent, cum e contrario adducta a Dominis Disputanti-
bus antinomia inter praedictas leges merum ens ratio-
nis ratiocinantis sit, uti uero ejusmodi ens non est ue-
rum ens, ita etiam illorum opinio et sententia uera
non est, idemque cum ente rationis fatum subit, quod
scil. nemine ad id cooperante, per se statim intereat
atque euaneat. Nec ea conseruatur per istam, quae
ab Argentariis desumpta est, coniecturam, propterea, quod
hodie priuati in eorum locum successerint, iique mu-
tuco sibi inuicem dent pecunias, et sic idem adhuc
superfit negotium, ideoque eadem iuris dispositio ob-
tinere ac salua esse debeat, praesertim cum nullibi in-
ueniatur lex aliqua abrogatoria, ista uero coniectura
ad euellendam communem sententiam minime suffi-
ciat, neque a cessatione Argentariorum ad cessationem
exceptionis non numeratae pecuniae, rebus sic com-
paratis, ualeat consequentia et argumentatio. Quem
ad modum uero satis superque euictum est, praedictam
exceptionem, contra instrumentum, etiam guarentigiona-
tum, recto jure, opponi posse, nec non, adhuc hodie,
in ipsum creditorem, pecuniam, quam quis, spe fu-
ture numerationis inductus, se accepisse, in chirographo
confessus est, petentem, onus probandi, numerationem

B.

factam



factam esse, transferre, ita quoquè, successu maxime
infelici, isti exceptioni, in processu executiuo, locum de-
negant. Licet enim uerum sit, quod exceptiones, in al-
tiori indagine consistentes, in processu executiuo non
admitti, sed in reconuentione rejici debeant, hoc ta-
men ad præsentem exceptionem uel ideo applicari non
potest, quoniam ea præjudicialis simul est, & litem seu
processum tamdiu suspendit, donec appareat, an ue-
rum subsit debitum, nec ne? Cum uero ejusmodi præ-
judicia ante omnia expedienda, & hinc ubique ad-
mittenda sint, necessario exinde sequitur, exceptioni
non numeratae pecuniae, uti in aliis processibus, ita
et in executiuo, locum relinquendum esse. Sed haec
pauca, reliquis, qua supersunt, ulteriori discussioni, alio
tempore suscipienda, reseruatis, hic dixisse sufficiat.
Progrediendum enim nunc est ad rem ipsam, in cuius
gratiam ista omnia, præfaminis loco, præmisimus. Ni-
mirum Disputationes Publicas ad *Illustris Domini de*
BERGER Positiones Juris, è Comp. Lauterbachiano
selectas, & in XX. Exercitationes redactas, instituere
animus est. Sicuti uero Exercitium Disputatorium
unum ex optimis quibusque est, propterea, quod non
tantum cogitationes in ordinem redigat, et studiosum
promtum, et ad omnia expeditum reddat, sed etiam,
citra controuersiam, optimus est modus unicuique
communicandi, quod forsan adhuc ignorat, ita
quoque non desunt ex *Nobb. Dm. Auditoribus meis*, aliis-
que in hac Alma Leucorea studia sua strenue profe-
quentibus, quibus in hoc studiorum genere sepe exer-
cere, sive ingenii uires periclitari, utile uisum est.
Futuro itaque Sabbati Die, qui est i. Julii, initium, annu-
ente summo Numine, faciendum erit. Primam uero
Exer-

Exercitationem dictarum Positionum Vir Juuenis
Nobilissimus atque Doctissimus

DNVS GEORGIVS CHRISTOPHORVS
SCHIRR
Vindobona - Austriae.

respondendo defensurus est: reliquas uero Exercitatio-
nes sequentes Domini, secundum annos Academi-
cos, optimo ordine, locati, nimirum

FERDINANDVS GERARDVS EBER-
MANNVS
Vitemberga - Saxo.

CAROLVS FRIEDERICVS KOEHLAV
Lipsienf. Misn.

JOANNES GOTTLLOB DEVTRICH
Zadel. Misn.

JACOB EHRENFRIED GRVTZNER
Bischoffswerd. Misn.

JOANNES CAROLVS LINDNER
Gros - Rohrsdorff. Misn.

FRIDERICVS AVGVSTVS GROSSIVS
Frauenbayn. Misnicus.

JOAN-

JOANNES GODOFREDVS SCHVBART

Ileburga-Misn.

ERNESTVS FRIDERICVS WESTHOFF

Pouchens. Saxo.

JOANNES DANIEL KETTNER

Vitembergae-Saxo.

JOANNES ABRAHAMVS FRENCELIUS

Schoenau. Luf.

publicae uentilationi submittent, et unusquisque eorum, modo Opponentis, modo Respondentis, partes in se est suscepturus. Dies uero huic exercitio feligendi, peculiari quadam schedula, ex tabulis hisce publicis, quilibet uice, significabuntur. Ut igitur hunc nostrum conatum sua honorifica praesentia promouere atque exornare
MAGNIFICVS ACADEMIAE RECTOR, ILLV-
STRISS. COMES, PATRES CONSCRIPTI
reliquique GENEROSISSIMI NOBILISSIMI QVE DO-
MINI COMILITONES haud dedignentur, disputantes et-
iam atq; etiam rogant, seque simul omnibus, ad debitam
reuuerentiam, debitaque officia exhibenda, promptissime
offerunt. Dab. Vitembergae apud Saxones die 24.

Jun. A.R.S. M DCC XXIV



fit
cat
es,
ia-
it,
n,
eri

m
ac
m-

gell
mb
mt
als
d
au

y

Wittenberg, Diss; 1724 A-K


f

56.



Von 18 bis 12





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

20
1724-17
**TATIONES PVBLICAS
IN
ILLVSTRIS
ENNIS HENRICI
MINI DE BERGER
TIONES
VRIS
bachii Compendio
seleetas
*Exercitationes redactas
intimat
AT Q VE
AC OCCASIONE
EM NON NVMERATAE
VS PROBANDI IN IPSVM
DEVOLVERE NEC NON IN
EXECVTIVO ADHVC HODIE
VRE OBTINERE
DEFENDIT
EDVS REINOLDVS
DESELISIVS
ET IVR. VTR. D
LITERIS VIDVAE GERDESIAE***